

bello Radulphus rex Romanorum victoriam potius
 prefatum Otacrum regem interfecit, et ablatis sibi
 terris et fisco regni confiscato easdem terras et domi-
 nia usque ad longa postmodum tempora filiis suis
 et nepotibus possidenda reliquit. Tamatur a pluribus,
 quod, cum dictus rex Odoacer tyrannica dominatione
 quamplures de suis potentes atque nobiles offendisset,
 iniquante nunc sibi bello in primo belli impetu inter
 acies consertas a suis fuit interemptus. Fertur itaque,
 1276 nov. quod cum in primordiis regni dicti regis Radolphi
 principes et fideles seu vasalli ad presenciam ipsius
 regis ad prestanda sibi fidelitatis sacramenta passim
 undique properarent, inter alios rex Bohemie memora-
 tus cum maximo militum apparatu et pretioso
 vestium ornatu advenit. Rex igitur Radulphus in-
 ductus^{a)} ex industria veste simplici et preter solitum
 privata considens in solio dicti regis Bohemie iuxta
 morem super terram ad genua prostrati accepit
 sacramenta. Sed cum ipse Radulphus per suos argu-
 eretur, quare in tanta solemnitate dicti regis
 Bohemie cum tanto vestimentorum ornatu incedentis
 cultu regio vestitus non fuisset, respondit: Nalui, inquit,
 quod honor iste subiectionis non attribueretur vestibus,
 sed potius persone. Postquam autem prefatus rex

a) inductus ^{cod.}

[Non in primordiis regni, sed anno demum 1076, cum prius Rudolphum inter et
 Otacarum bellum finitum esset, rex Bohemie ad curiam Rudolphi Viennae accessit.